MI. quidnam? *DE.* fero alia flagitia ad te ingentia
boni illius adulescentis. *MI.* ecce autem! *DE.* nova,
capitalia. *MI.* ohe iam. *DE.* ah nescis qui vir sit. *MI.*
scio.
DE. ah stulte, tu de psaltria me somnias
agere: hoc peccatum in virginemst civem. *MI.* scio.
DE. oho scis et patere? *MI.* quidni patiar? *DE.* dic
mihi,
non clamas? non insanis? *MI.* non: malim quidem . . .
DE. puer natust. *MI.* di bene vortant! *DE.* virgo nil
habet.
MI. audivi. *DE.* et ducenda indotatast. *MI.* scilicet.
DE. quid nunc futurumst? *MI.* id enim quod res ipsa
fert:
illinc huc transferetur virgo. *DE.* o Iuppiter,
istocin pacto oportet? *MI.* quid faciam amplius?
DE. quid facias? si non ipsa re tibi istuc dolet,
simulare certe est homini'. *MI.* quin iam virginem
despondi; res compositast; fiunt nuptiae;
dempsi metum omnem: haec mage sunt homini'. *DE.*
ceterum
placet tibi factum, Micio? *MI.* non, si queam
mutare. nunc quom non queo, animo aequo fero.
ita vitast hominum quasi quom ludas tesseris:
si illud quod maxume opus est iactu non cadit,
illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
DE. corrector! nemp' tua arte viginti minae

Demea. Ich bring dir andre ungeheure Bubenstücke von unserm feinen Sohn.
Micio. Ach, sieh mal an!
Demea. Verbrechen sind es, unerhörte.
Micio. Ach, schon wieder!
Demea. Oh, du kennst den Kerl noch nicht!
Micio. Ich kenne ihn.
Demea. Du Narr, du bildest dir wohl ein, ich spreche von der Harfenspielerin: entjungfert hat er eine Bürgerin.
Micio. Ich weiß. [725]
Demea. Oho, du weißt und läßt es zu!
Micio. Warum denn nicht?
Demea. Sag mir: du schreist nicht, tobst nicht?
Micio. Nein, ich möchte zwar . . .
Demea. Sie hat ein Kind.
Micio. Gott segne es!
Demea. Und keinen Heller hat sie.
Micio. Ich hab's gehört.
Demea. Er muß sie ohne Mitgift nehmen.
Micio. Ja, das folgt daraus.
Demea. Was soll nun werden?
Micio. Was die Sache selbst verlangt: [730] das Mädchen wird von dort nach hier gebracht.
Demea. O Jupiter, muß das so sein?
Micio. Was soll ich sonst noch tun?
Demea. Was tun? Wenn dich die Sache selbst nicht kränkt, mußt du als Mensch doch wenigstens so tun als ob.[39]
Micio. Im Gegenteil, ich gab das Mädchen ihm bereits zur Frau; die Sache ist geregelt: bald wird Hochzeit sein. [735] Ich hab ihm alle Furcht genommen. Das ist menschlicher.[40]
Demea. Doch sprich, gefällt dir die Geschichte, Micio?
Micio. Nein, wenn ich's ändern könnte. Da ich's jedoch nicht kann, ergeb ich mich darein. Das Menschenleben ist doch wie ein Würfelspiel[41]: wenn dir der Wurf, den du am besten brauchen kannst, nicht glückt, [740] so nimm, was gerade fällt, und mache klug das Beste draus.
Demea. Du Besserer! Durch deine Klugheit sind ja 20 Mi-